ille omnium iudicium [a] damnat, cum poetas nostros [b] histriones facit. quod si ita est, cur non et histriones suos poetas efficit, et laurea, que poetis ducibusque solis debetur, eos exornat [c]? fecit [d] fortasse milites; qui mos apud principes in consuetudinem [e] venit; et cingulo aureisque [f] calcaribus decoravit [g]. quod quidem potest; poetas profecto facere non poterit. quod si quando tale aliquid ab histrionibus suis confectum [h] viderit, quale est apud Maronem aut unum ex poetis, tunc non iam poetas histriones, sed, me quoque favente [i], histriones suos poetas appellet. ac felix quidem meo iudicio esset [k], si quis talis histrio qualis Maro fuit aut quivis minimus [l] ex poetis, in curia sua obversaretur. meminisse enim oportet iam rariores phenicibus poetas esse, quod semper phenix aliquis [m], licet unicus, reperiatur [n], ut aiunt; rarissimus autem ac vix in multis seculis unus poeta iam prodeat [o]. rara sunt celorum munera [p]. si cui Pierius spiritus datus est, hos iste appellat histriones, horum statuas demolitur, hos patria sua pellit, eius fortasse iudicium auctoritatemque secutus, qui poetas urbe [q] pellendos censuit [(1)]. nam non est hec nova sententia. sed quis dubitare posset illum, cum poetas diceret, de ministris scene [r] intendisse, his scilicet [s] qui fabulas agerent, quorum ludis populus ad lasciviam a bonis moribus averteretur? [(2)] sed alia est [t] ratio poetarum et eorum maxime qui heroica [u] scrip-

Dei suoi istrioni il Malatesta avrà fatto qualche cavaliere; ma non ne caverà un poeta anche infimo, nonchè un Virgilio,

perchè i poeti son più rari della fenice.

Vero è bene che un antico escludeva dallo stato i poeti,

ma intendeva i poeti scenici, corruttori, non gli eroici.

(a) *B P* iudicio (b) *Mur. om.* nostros (c) *B P R G Ra Bp* exornet (d) *P* facit (e) *C Ar V Mur.* in consuet. apud princ. (f) *Mur.* et singulos aureis (g) *Mur.* decoravit. numquid et potest poetas facere? non profecto: non poterit (h) *C Ar V Mur.* quod si quando ab histrionibus suis aliquid confectum *ma Ar V om.* ab (i) *C* ex poetis nunc nominet poetas histriones. Sed me quoque favente: histriones suos poetas appelet *Ar* ex poetis tunc norent poet. hist. sed me quoque faventem istriones suos poetas appellet *V* ex poetis, vocat poetas histriones. sed me quoque faventem *Mur.* tunc nominet poetas histriones, sive me quoque favente (k) *C Ar V Mur.* ac felix quidem esset meo iudicio (l) *R* quivis vel minimus (m) *C Ar V Mur.* quia phenix semper aliquis *P* aliquis, videlicet unicus (n) *Mur.* reperitur (o) *Mur.* prodit (p) *Mur.* munera. et tamen si cui (q) *Mur.* qui urbe poetas (r) *B P R G Bp* min. senece *PM in marg.:* « *Melius* Satane, *nam* Senece non *quadrat sententie et codex uterque habet* Senece ». (s) *Mur.* diceret histriones, intendisse hos scilicet (t) *C Ar V Mur.* sed est alia (u) *B P* heroycam *R Bp* heroicum *G* heroicu *coll'*u *corr. in* a

(1) Cic. *Tusc.* II, xi, 27. Il V. tace a bella posta il nome di Platone.

(2) Così Boetius in *Cons. phil.*, I, prosa 1, chiama le Muse della Poesia « scaenicae metriculae »; e cf. Petrarca, *Invect. in med.* III in *Opera*, col. 1104: « non de omnibus sed de « scaenicis tantum ».